Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a Plinio data

Duval, Robert

[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500

Liber xix [...]

urn:nbn:de:bsz:31-293518

Visual Library

Segniterq̧ & contra induſtriam ſuam formice abſcondite concurſantes. aut progerentes oua. Item vermes terreni erumpentes. Trifolium quoq̧ in horreſcere: & folia contra tempeſtatem ſubrigere certum eſt. Necnon & in cõuiuiis mẽſiſq̧ vaſa quibus eſculentium additur ſudorem repoſitoriis linquentia: diras tempeſtates prenunciant.

Liber.xix. Agit de hortorum diſpoſitione. herbarum ac florum.

Ca.i. De ſingularibus lini herbe.

Herbam eſſe que admoueat egiptum italie: Intantum vt Galerius a freto ſicilie alexandriã ſeptima die peruenerit. Babilus ſexta ambo prefecti. Quod etiam moliſſimo flatu cõtingit. Audax vita ſcelerum plena: aliquid ſeri vt ventos procellaſq̧ recipiat: Et parum eſſe fluctibus ſolis vehi. Deniq̧ tam paruo ſemine naſci: quod orbem terrarum vltro citroq̧ portet: tam gracili auena. Tam non alte a terra tolli neq̧ id viribus ſuis necti: ſed paſſum tuſumq̧ & in molliciẽ lane coactum: Iniurie nature ac ſumma audatia: & qno peruenire nnlla execratio ſufficit: cõtra inuentotẽ: Cui ſatis non fuit hominẽ in terra mori: niſi periret inſepultus. At nos priore libro flatus cauẽdos frugum cauſa victuſq̧ premonebamus. Ecce ſeritur hominis manu metitur eiuſdeꝫ homnis ingenio: quod ventos in mari exoptet. Nilq̧ gignitur facilius. Vt ſcuſiam id nolente fieri natura: vrit agrum deterioremq̧ facit.

Ca.ii. De lini ſatione & quibus locis inuenitur melius.

ſ Eritur ſabuloſis locis maxime: vnico ſulco. Ignoſcat aliquis egipto ſerẽti: vt arabie indieq̧ merces apportet. Ita et gallie cenſentur hoc reditu. Monteſq̧ mari oppoſitos eſſe nõ eſt ſatis: & a latere oceani obſtare ipm quod vocant inane. Caduci caleti ruteni vltimiq̧ hominũ eſtimati morini imo gallievniuerſe vela texunt. Iam quidem & transrenani hoſtes. Nec pulchrioreꝫ veſtem femine eorũ nouere In europa lino palma ſecũda in Aemilia via fauentina candore. Retoninis tenuitas ſumma denſitaſq̧. Candor eque vt fauẽtinis: ſed lanugo nulla. Hiſpania citerior habet ſplẽdorẽ lini precipuũ. Eſt ſua gloria & Cinnano in cãpania ad piſcium & alitũ capturã. Vidimus iam tãte tenuitatis: vt anulũ

hominis tranſirent: vno portante multitudinem qua ſaltus cinge
rentur. Italia ex linis pelligius honorem habet: ſed fullonũ tan
tum in vſu. Nullũ eſt candidius lane ve ſimilius: ſicut In culcitris
precipuam gloriam cadurci obtinent. Galliarum hoc ad tomenta
pariter inuentum.

Ca.iiii. De hortorum rigatione digeſtio terre. & ſtercoratio.

Hortos maxime riguos habendos ſi cõtingat profluo amne.
Si minus: e puteo pertica organis ve neupmaticis tollendo nõ hau
ſtu rigando. Solum proſcindendum a fauonio in autũnum pre
parandum eſt poſt.xiiii.dies. Iterandumqꜫ ante brumam. Octo iu
gerum operis palari iuſtũ eſt. fimũ tres pedes alte cũ terra miſteri.

Ca.v. Genera & hiſtoria naſcentium in hortis. Cucumere. cucubita rapa. raphano. paſtiuaca bulbo.

Cartilagmei generis extraqꜫ terrã eſt cucumis mira voluptate.
Quin & lacte mulſo ſemine eoruꝫ biduo macerato apud antiquos
grecie auctores ſcriptũ eſt oportere: vt dultiores fiant. Creſcunt
qua coguntur forma. In italia virides & q̃ minimi. in prouintiis
q̃ maximi. & citrini aut nigri. Affrice grandiſſimi. Cum magni-
tudinem exceſſerunt: pepones nuncupãtur. Viuunt hauſti in ſto
macho in poſterũ diem nec perfici queunt. In cibis non inſalubres
tamen plurimũ natant. Oleum odere mire. Nec minus aquas
diligunt. deſecti quoqꜫ ad eas modice diſtantes adrepunt. Contra
oleum refugiunt. Aut ſiquid obſtet aut pendeat curuantnr Idqꜫ
vel vna nocte deprehenditur: Si vas cum aqua ſubiiciatur a .iiii. di
gitorum interuallo deſcendentibus ante poſterũ diem. At ſi oleũ
ſit eodem modo in hamos curuatis. Idem in fiſtula flore dimiſſo
mira longitudine creſcunt. Mirum in his preter figuram colorẽqꜫ
et odorem ꝙ maturitatem adepti q̃q̃ non pendentes ſtatim a pedi-
culo recedunt. Columela tradit vt toto anno contingant: fruti-
cem rubi q̃ vaſtiſſimum in apricum locum tranſferre & recidere duũ
digitorum relicta ſtirpe circa equinoctiuꝫ vernum ita in medula ru
bi ſemine cucumeris terra imma fimoqꜫ circũageratas: reſiſtere fri
gori radices.
Similis cucurbitis natura dumtaxat in naſcendo. Eque hiemem
odere. Amant rigua ac finium. Seruntur ambo ſemine in terra ſex
quipedali foſſura inter equinoctiũ vernũ & ſolſticium. parilibus tñ

aptiſſime. Cucurbita quoqꝫ creſcit qua cogitur forma. plerum-
qꝫ & draconis intorti figura. Viſa eſt nouem pedum longitudinis.
Cucurbitarū numeroſior vſus. & primus caulis in cibo. atqꝫ ex eo
in totum natura diuerſa. Nuper in balnearum vſu venere vrceoruꝫ
loco. Iampridem etiam cadoruꝫ ad vina condenda. Semina que
proxima collo fuerint proceras pariunt. Item ab Imis. ſed non cō
parandas ſupradictis que in medio rotondas. que in lateribus craſ
ſas breuioreſqꝫ. Siccantur in vmbra. & cum libeat ſerere in aqua
macerantur. Cibis quo longiores tenuioreſqꝫ eo gratiores Et ob
id ſalubriores que pendendo creuere. Minuſqꝫ ſeminis tales ha-
bent duricia eius in cibis gratiā terminante. Eas que ſemini ſer
uantur ante hiemē precidi nō eſt mos. Poſtea fumo ſiccantur con
dendis hortenſioruꝫ ſeminibus ruſtice ſuperlectili. Inuenta eſt ra
tio qua cibis quoqꝫ ſeruarentur. Eodemqꝫ modo cucumis vſqꝫ ad
alios pene prouētus. Et id quidē iniuria fit. Sed & ſcrobe opaco
in loco arena ſuſtrato: fenoqꝫ ſicco optos & poſtea terra: virides ſer
uari tradunt. Rapas maſculini ſexus medici faciunt
rotundas. Latiores vero & cōcauas feminei ſexus preſtātiores ſua-
uitate & ad condiendū faciliores. Que ſepius ſate tranſeunt in ma
ſculos. Seri vult raphanus terra ſoluta humida. fimū odit palea
contentus. frigore adeo gaudet vt in germania infantium pueroꝝ
magnitudinē equet. Seritur poſt idus februarii vt vernus ſit. Iterū
qꝫ circa vulcanalia que ſatio melior. Multi & marcio & aprili ſerūt
et ſeptembri. Ariſtomacus detrahi per hiemē folia iubet. & ne
lacune ſtagnent accumulare ita in eſtate grandeſcere. Quidam
prodidere ſi pallo adacto cauerna palea inſternatur in ſex digito-
rum altitudine deinde ſemē fimūqꝫ & terra congeratur: ad magni-
tudinem ſcrobis creſcere. Precipue tamē ſalſis aluntur. Itaqꝫ eti
am talibus aquis irrigantur. Et in egipto nitro ſpargunt. vbi ſunt
ſuauitate precipui. Iu totum quoqꝫ ſalſugine amaritudo eorum
exprimitur. fiuntqꝫ coctis ſimiles. Namqꝫ & cocti dulceſcunt. &
in naporum vicem ttanſeunt. Crudos medici ſuadent ad colligen
da acria viſcerum. Dandos cum ſale ieiunis eſſe. atqꝫ ita vomicio-
nibus preparant meatum. Tradunt & precordiis neceſſariū hunc
✳ ſuccum: quando ptheſin cordi inherentem nō alio potuiſſe depel-
li: conpertum ſit in egipto regibus corpora mortuorum ad ſcrutan
dos morbos ſecantibus. Atqꝫ vt eſt greca vanitas fertur in tem-
plo apollinis adeo ceteris cibis prelatus raphanus: vt ex auro di-
caretur: beta ex argento: Rapum e plumbo. Curium imperato
rem quem in hoſpitio legatis aurum repudiantem: rapum torrens

tem in foco inuentum annales prodidere. Scripſit & marchion grecus de raphano vnum volumē. Vtiliſſimi in cibis verno tempore exiſtimantur. Idemq; dentibus ſemper inimici, quonia3 atterant. Ebora certe polliunt. Odium his cum vite maximum, refugitq; iuxta ſatos.

Paſtinace vnum genus agreſte ſponte prouenit. Alterum ſeritur radice vel ſemine primovere vel autūno. Vt iginio placet februario auguſto ſeptembri, octobri, ſolo q̄ altiſſime refeſſo. Anniculā vtilis eſſe incipit, bima vtilior. Gratior autūno patiniſq; maxime. Tiberius flagitauit paſtinacā e germania. Ex quo apparet frigidis locis cōuenire. Seratur magnis ſeminum interuallis, nulla ve minus ternorum pedu3: quoniam ſpacioſe fruticat. Superuacuū eius ſemen quoniā oculis ex radice exciſis vt arundo ſeritur. Proxia his eſt bulborum natura, quos cato imprimis ſerendos precipit celebrans megaricos. Veru3 nobiliſſima eſt ſquila q̄q̄ medicamini nata, acetoq; exacuendo. Nec vlli amplitudo maior ſicut neq; vis aſperior. Vt creſcant: folia que ſunt his ampla deflexa circa obruuntur. Ita ſuccum omnem in ſe trahunt capita.

Ca. vi. De hortenſium herbarum radicibus foliis & floribus. cepis aliis & ceteris.

Cepas ter foſſo ſolo ſeri iubent: extirpatis radicibus herbarū. Iugero denas libras. Intermiſteri ſatureiam, quoniam melius proueniat. Runcari preterea & ſarriri ſi non ſepius quater. Semē ceparum iugreſcere incipiēs anteq̄ marceſcat metunt. De porro idē. Allium aſperi ſaporis, & quo plures miclei fuere aſperius. Alliū tedium halitu affert: vt cepe nullum tamen coctum. Inter grana que inſeruntur, iiii, digiti eſſe debent: ſimul atq; tria folia eruperint: ſarriri. Grandeſcunt quo ſepius ſarriuntur. Matureſcentium caules ad terram depreſſi obruuntur. Ita cauetur: ne in frondem luxurient. In frigidis vtilius vere ſeri q̄ autūno. Ceterum vt odore careant omnia hec: iubētur ſeri cum ſub terra luna ſit, colligi cum in coitu. Allium edentibus ſi radicem bete in pruna toſtam ſuperedant: odorem extingui Allium & ſemine prouenit, ſed tarde. Primo enim anno porri craſſitudine capite effici tur, ſequenti diuiditur, tertio conſummatur. Intorqueri caulis vt caput validius fiat. Quod ſi allium cepeq; diutius inueterari libeat: aqua ſalſa tepida capita intingenda ſunt. Ita diuturniora fient melioraq; vſui, ſed in ſatu ſterilia.

Alii contenti ſunt primo ſuper primas ſuſpendiſſe. ſic non gemi=
nat. Allium in aruis ſponte naſcens alum vocant: quod aduerſus
improbitatem alitum ſemina depaſcentium: coctū ne renaſci poſ
ſit abicitur. ſtatimq; que deuorauere aues ſtupentes manu capiun
tur. Et ſi paulum commorauere reſopite.

Ca. vii. quoto die queq; herbe na=
ſcantur ſate

N orto ſatorum celerrime naſcuntur ocimum blitum. na=
i pus. eruca. Tertio enim die erumpunt. Anetum quarto.
lactuca quito. raphanus ſexto. cucumis & cucurbite ſepti
mo. prior cucumis. Naſturciū ac ſinapis quinto. eſtate ſexto. hie
me decimo. atriplex cepe. xix. aut viceſimo. Omnium difficili=
me apium quadrageſimo die cum celerrime emergit. Aliquid &
ſeminum etas confert quoniam recentiora maturius gignuntur: in
porro gecio. cucumere. cucurbita. Ex vetere autem celerius veni
unt apium. beta. cardanium. origanū. coriandrū. Mirū in bete ſe
mine: nō enim tota eodē anno gignit: ſed aliquid ſequēte: aliqui
tertio. Itaq; ex copia ſeminis modice naſcit. Quedam anno tātū
ſuo pariunt. quidā ſepius: ſicut apiū. porrū. getium. Hec enī ſe=
mel ſata pluribus annis reſtibili fertilitate ꝓueniunt. Nichil oci
mo fecundius: cū maledictis aut ꝓbris ſerendū precipiant: letius
proueniet. Satū etiā paſcitur terre adacta. cuminum & qui ſerunt
precantur ne exeat. Que in cortice ſunt: difficilime matureſcūt.
maximeq; meliora naſcunt aceruatim ſato ſemine q̄ ſparſo. Ita cer
te porrum & alliū ſerunt in lacunis colligatum. Apium etiam pa=
xilo cauerna facta & fimo ingeſto.
Quedam ſemine & ſurculo naſcunt vt origanū ruta. ocimū. pre=
cidunt enī & hoc cū ꝓuenit ad palme magnitudinē. Quedā & radi
ce & ſemine. vt cepa. bulbi. alliū. Cauſe reciſo oīa fere regermi=
nant exceptis que non ſcabrū caulem habent. Eſt in vſu vero oci=
mum raphanus lactuca. hanc etiā ſuauiorē putant a regerminatio
ne. Raphanus vtiq; iocundior detractis foliis anteq̄ decanleſcat.
Hoc & in rapis. Nam & eadem direptis foliis coopta terra creſcunt
durantq; eſtate. Singula genera ſunt vt ocimo lapato. blico. na=
ſturcio. eruce atriplici. coriandro. aneto. Hec enī vbiq; eadem ſunt
neq; aliud alio melius vſq̄. Rutam furtiuam tātum prouenire fer
tilius putant. Sicut apes furtiuas peſſime.

Ca. viii. natura & genera ad condiendum
in orto ſata. Et de lactucis & earū ad mul=
tos menſes conſeruatione.

Lactucas eſſe nigras quarũ ſemen menſe ianuario ſerat Albas quo
qꝫ marcio . rubentes aprili. At omniũ earum plãtas poſt binos mẽ
ſes differre. Diligẽtiores plures differẽtias faciũt purpureas . cri=
ſpas . capadocas grecas. Omnes ſomnũ parere creduntur. Eſt na
tura omnibus refrigeratrix . Et ideo eſtate grate: ſtomacho faſtidi
um auferunt. Cibiqꝫ appetentiam faciunt. Intantũ recepta in cõ
mendatione: vt ſeruari eas in alienos menſes oximelite repertum
ſit. Sanguinem quoqꝫ augere creduntur.
Inuentũ omnes tirſos vel folia lactucarũ ꝓgare vrceis conditos
recentes in patinis coquere. Serunt lactuce toto anno letis & irri
guis ſtercoratiſqꝫ . binis menſibus inter plantã ſemẽqꝫ & maturita
tem . legitimũ tamen a bruma iacere ſemen: plantã in fauonio trãſ
ferre . Aut ſemen fauonio plantam equinoctio verno. Albe maxi
me hiemem tolerant. Humore omnia ortẽſia gaudent & ſtercore . p̃
cipue lactuce. Seri etiam radices ilitas fimo intereſt. & repleri ab=
laqueatas humo. Quedã & aliter amplitudinẽ augent reciſis cũ
ad ſemipedẽ excreuerint fimoqꝫ ſiulo recenti ilitis. Candoreʒ vero
putant cõtingere his dũtaxat que ſunt ſeminis albi: ſi arena de li=
tore a primo incremento congerat in medias . atqꝫ in creſcentia fo
lia contra religent. Impoſito leui pondere latiores fiunt. Beta
tranſfertur in plantas . & oblini radices fimo . locũqꝫ ſimiliter ma
didum amant. Vſus his et cum lente & faba. Idemqꝫ qui oleris & p̃
cipuus vt leuitas excitetur acrimonia ſinapis. Tranſferri optime
putãt cũ . v . folioꝝ erit. humor fimuſqꝫ ſi defuere maior ſaporis gra
tia . ſi abundauere: letior fertilitas. Precipuus fit caulis ſapore ac
magnitudine primũ omnium ſi in repaſtinato ſeras. Deinde ſi ter=
ram fugientes canliculos ſeces . terraqꝫ proceritate luxurioſa atto
lentes ſe: exagerando aliam accumules: ita ne plus q̃ cacumen emi
neat.
Eſt inter herbas genus inſerendi preciſis germinibus caulis . & in
medulam ſemine ex aliis addito. Hoc & in cucumere ſilueſtri. Oci=
mum parilibus ſeri ferunt. Quidam & autumno iubentqꝫ cum hie=
me ſeratur ſemen aceto perfundi. Eruca quoqꝫ & naſturcium vel
eſtate vel hieme facilime naſcuntur. Eruca precipue frigorum con
temptrix diuerſa eſt q̃ lactuce natura concitatrix veneris iccirco iũ=
gitur illi fere in cibis: vt nimio frigori par feruor immixtus tempe
ramentum equet.
Naſturcium nomen accepit a narium tormento: veluti torporem
excitans. Omnium ortenſium laudatiſſima cura aſparagis.
Ruta ſeritur fauonio & ab equinoctio. Odit hiemem humorem ac

fimum. Apricis gaudet & ſiccis ; terra q̃ maxime lateritia. Cinere vult nutriri. Hic & ſemini miſcetur vt careat erucis. Inuenio muſcum rutatum populo datum: a Cetego comitiis peractis. Amicitia eſt ei cum fico in tantum vt nuſq̈ letius proueniat: q̃ ſub hac arbore. Seritur & ſurculo melius in perforatã fabam inditoq; ſucco nutrit comprehẽdẽdo ſurculum. Seritur & a ſe ipſa. Nãq; incuruato cacumine alicuius rami cum attigerit terram ſtatim radicatur.

Eadem & in ocimo natura niſi ꝙ difficilius a reſtit. Sed durata runcatur: non ſine difficultate prouenientibus vlceribus ni munitis manibus id fiat: oleo ve defenſis. Concidũtur autem & eius folia ſeruanturq; faciliis. Ab equinoctio verno ſeritur apium: ſemine panlum in pila pulſato. ſic criſpius putant fieri. aut ſi ſatum calcetur. Eodem tempore menta planta ſeritur. vel ſi nondum germinat ſpõgia. Minus hec humido gaudet. eſtate viret. hieme flaueſcit. Genus eius ſilueſtre mẽtaſtrum eſt. & hoc propagatur vt vitis. vel ſi inuerſi rami ſerantur. Semel ſata diutina etate durat

Congruit pulegio cuius natura in coronariis refloreſcens ſepius dicta eſt. Hec quoq; ſeruantur ſimili genere mentam dico pulegiumq; & nepitam. Condimentorum tamẽ omniũq; faſtidiis cuminum amiciſſimũ. Naſcitur in ſumma tellure vix herens & in ſublime tendens. In putribus & calidis maxime locis: medio ſerendũ vere. Alterum genus eius ſilueſtre quod ruſticum vocant alii tebaicũ. Satureia dicta in condimẽtario genere. ſeritur menſe februario organo emula. quippe ſimilis effectus. Seritur a fauonio. deinde cum fructicarit: iuxta terram preſcinditur. Tunc runcatur ſtercoraturq;. Per biennium hec poſt iſdem fruticibus vtuntur: ſi non ſenicia hiemis ingrauat: quando impatientiſſimum eſt frigorum.

Candidum papauer in ſecũda menſa toſtum: cum melle apud antiquos edebatur.

Equinoctio antũnii ſeruntur coriandrum anetum atriplex malue. lapati cerefolium. Smapi nulla cultura. melius tamẽ planta relata Quin e diuerſo: vix eſt ſato ſemel eo liberare locum: quoniam ſemen cadẽs protinus viret. Vſus eius etiam pro pulmẽtario in patellis decocto citra intellectũ acrimonie. Coquuntur & folia ſicut reliquorum olerum.

Ca.x. De morbis hortorum & remedia.

m Orbos hortenſia quoq; ſenſiunt: ſicut reliqua terre ſata. Namq; & ocimum ſe necat degeneratq; rite in ſerpilum Et ocimum ſub canis ortu paleſcit. Omnia vero acceſſu mulieris

menſtrualis flaueſcunt. Ferro non expedire tangi rutam mentam ocimum. Item formicas non minimum hortorum excitium ſi non ſint rigui. Remedium monſtrauit lino marino aut cinere obturatis eorꝝ foraminibus, ſed efficaciſſime helitropio her ba necantur. Quidā & aquam diluto latere crudo inimicam eis pu tant. Naporū medicine ſunt ſiliquas vna ſeri, ſicut oleruȝ cicer. Arcet enī erucas. Que ſi omiſſo iam nate ſint: remediuȝ abſinthii ſuccus decocti inſperſus ſedi quā anagorū vocāt. Semen olerū ſi ſucco eius madefactū ſeratur: olera nulli aīaliū obnoxia futura tra dunt. In totū vero nec erucas: ſi pallo imponātur in hortis oſſa ca pitis ex equino genere femine. Aduerſus erucas & cancrū fluuia lem in medio horto ſuſpēſum auxiliari narrāt. Sunt qui ſangui- neis virgis tangāt ea que nolunt obnoxia eſſe Infeſtant & culices hortos riguos precipue ſi ſunt arbuſcule alique. Hi galbano accen ſo fugantur.

Ca.xi. Quibus aque ſalſe proſint.

Peculiaris medicina raphano: bete; rute: in ſalſis aquisque plu rimum fertilitati & ſuauitati cōferunt. Ceteris dulcium aquarum rigua proſunt. Vtiliſſime ex his aque frigidiſſime & que potu ſua uiſſime. Minus vtiles & quas ſilices inducunt.

Ca.vltimum. Ratio rigandorum hortorum & que tranſlata meliora fiunt.

His hora rigādi matutina ac veſptina, ne inferueſcat aqua ſole. Ocimo tantū & meridiana etiam. Satum celerrime erumpere putant: inter inicia feruenti aqua inſperſum. Omnia tranſlata meliora grandiora ve fiunt, maxime porri, napiqꝫ. In trāſ latione & medicina eſt, deſinūtqꝫ ſentire iniurias: vt gecium, por rum, raphani, apium, lactuca, rapa cucumis. Omnia ſilueſtria fere ſunt & foliis minora & caulibus, ſucco acriora ſicut cymila ori ganum ruta. Solum modo ex oibus lapatū ſilueſtre melius, hoc inſatiuum rumex vocatur, naſciturqꝫ fortiſſimū. Traditur ſemel ſa tum durare, nec vnq̄ viciari terra maxime iuxta aquam. Vſus eius cum priſana tantum in cibis leuiorem gratiorēqꝫ ſaporem preſtat.

Adeoqꝫ nichil amiſit cura: vt carmine quoqꝫ deprehenſum re pererim: In fabis caprini fimi ſingulis canatis ſi porri: eruce: la- ctuce: apii: intubi: naſturtii ſemina incluſa ſerantur: mire proueni re. Que ſunt ſilueſtria eadem in ſatiuis ſicciora intelligūtur & acutiora. Libanotis locis putridis macris ac roſcidis ſeritur, radicem habet oluſatri nichil a

thure differentem. Vſus eius poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. thuris habent odorem. Hactenus hortenſia dicta ſunt ciborũ gratia dumtaxat. maximum opus reſtat. ocultũq; diuinitatis.

Hec de libro. xix.

Liber. xx. Tractare incipit demedicinis continuatq; vſq; ad librum. xxxii.

Roberti de valle rothomagenſis In librum viceſimũ & ſequẽtes libros medicinales prologus.

Prologus.

Non exiſtiment galieni & probatorum medicorum libris incũbentes: hos plinianos de medicinis inferiores libros ſupuacuos eſſe. Illi ſiquidem per cõpoſitã medicamentorũ complexionez morbos pellunt que coniectura magis q̃ cauſa conſtat: Hi ſimplicis medicine vnius virtute: difficiles ſoluunt paſſiones. Illi per radices & alia q̃ ab india vel extremis garramãtibus aduehunt: hi domeſticis plantis: quas ex hortis quiſq; ſuis facile colligit. Illi ſimplicium medicinarum ad humanam: hi ad eã & brutorum quoq; valitudinem: multoſq; cõmodiſſimos vſus: vim aperiunt.

Videbis in ſequentibus libris pliniũ herbarum notarũ ſpecies deſcripſiſſe. Tum vim earum facultatẽq;: doctrinali & culto ſermone adicientẽ. nec quicq̃ in maxia nature varietate ac difficultate cõfundentem. In quibus tractãdis nõ magis litteras q̃ terras nec libros q̃ agros contẽplatus eſt. Ruſticoſq; mõtanos ac maritimos homines de his interrogãdo: plantas ipſas intueri. coloris figure ſaporis odoris varietates actente verſari Q̃tumq; in morbis & reliquis vſibus poſſint: experimento probare.

Et ſi improba in his libris in medicos iactari videantur: agnoſcet actentus lector: non aduerſus doctos hoĩes qui phiſicas nouerunt diſciplinas inuecta eſſe: ſed in rudes qui vſum abſq; arte vſurpant. Hi enĩ ſine litteris ſi forte codicellus eorũ manibus inciderit: qui herbarũ teneat paucarum vires: difficillimã aggredi preſumunt operam medicandi. Et latentes arterias abſq; lumine artis: ceci penetrare: ſolo queſtu per audaciã & temeritate ĩducti. Con